

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Verbum a cum fonte primo

Simul pluit Dominus super segetes et super spinas, sed segeti pluit ad horreum, spinis ad ignem, et tamen una est pluuia. Sic uerbum Dei omnes compluit; uideat quisque qualem radicem habeat, uideat quisque quo trahat pluuiam bonam, si eam trahit ut generet spinas, numquid ideo pluuiia Dei accusanda est antequam ueniat ad radicem? Dulcis est pluuiia illa; dulce est uerbum Dei, donec ueniat ad cor malum.

Augustinus de benedictionibus Esau et Iacob.

Nam simul pluit dominus super segetem et super spinas; sed segeti pluit ad horreum, spinis ad ignem; et tamen una est pluuiia. Sic uerbum dei omnes compluit. Videat quisque qualem radicem habeat; uideat quisque quo trahat pluuiam bonam. Si eam trahit ut generet spinas, numquid ideo pluuiia dei accusanda est? Antequam ueniat ad radicem, dulcis est pluuiia illa. Dulce est uerbum dei, donec ueniat ad cor malum, et conuertat ad fraudem suam pluuiam dei, conuertat ad ypocrisi, conuertat ad radices malarum concupiscentiarum, ad peruersitates et deprauationes suas.

Augustinus Hipponensis, *Sermones de uetere testamento*, 4, 28 (CCSL 41, C. Lambot ed., pp.42-43, ll.678-687).

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Verbum a
cum fonte primo